

17

19

2.

3.

4.

5.

17

1.

2.



1732.

1. ² Harpprechtus, Christophorus Friburgensis: De curiis superioribus in Germania. . . . 25 sept. 1732: 1758.

2. Schaeffer, Johannes Theodorus: De insigni praecminentia principum imperii majorum proae principibus et statutis ab eis in Europae regnum. Rec. 1743.

3. Schaefferus, Wolfgangus Adamus: De processu amittens ali ca qualitate causae.

4. Schaefferus, Wolfgangus Adamus: De probatione contra inventarium.

5. Schaefferus, Wolfgangus Adamus: De jure praeclassionis a judio concursus.

1733.

1. Schaefferus, Johannes Theodorus: De jure natalium nobilitatis Germaniae.

2. Schaefferus, Wolfgangus Adamus: De processu in criminibus in causis criminalibus.

1733

3. Schaefflinus, Welfengymn. Almus: *Notae Thesauri et
differentiarum inter jus commune et Wurttembergicum*

1734.

1. Harpprecht, Christoph Friedrich: *Neuere Leuzig über
Lehren u. besonders der Lehr- Art, welches sich
bedient hat, theilt - - bedienen wird.*

2. Helffrichius, Fr. Jac: *De eo, quod justum est circa mu-
tationem prioris investiturae feudalis*

3. Moelling, Thomas Fredericus: *De eo, quod justum est circa
proportionem in prioris sacrogandis*

4. Schaeffner, Dr. Theodorius: *De spuriis conjugio jure
respectu illorum, qui cum ipsorum matre concubuerunt.*

5. Smalcalderus, Ludovicus Conradus: *De jurisdictione academi-
cae priorum privilegia*

1735

1. Gerlach, Christoph David: *De majestate ac dignitate
at et receptione, usu et auctoritate legum Romanae.*

rom in causis juris privati, publici ac gentium

1735

2. Hallwachsian, Michael: De legibus generationum
3. Helfferich, Johanna Tacatus: Positiones in omni. juridicæ
4. Meißelius, David: Continuatio doctrinae de iuris
succinctis quibusdam observationibus illustratae
5. Pfaffius, Christoph Meuschen: De titulo patriarchae
occidentis prout dicitur inter Graecam et Latinam
ecclesias.
- 6 a, b c Remy, Guntherus Albulus: Mixtura juris Romani
et Germanici in materia potestatis et quae
inde dependent conspicua, 39 sept. 1735: 1764.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]







1846.
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

CURTIVS SUPERIORI-

BEI DER UNIVERSITÄT, 1846

ANNO DOMINI MDCCCXLVI
SUB RECTORATU MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DUCIS

DOMINI

CAROLI CHRISTIANI

ERDMANNI.

IN VITTEBERGENSI AC YELDENSI, CUIUS AC BERNSTADTI,
COMIT. WÜRTEMBERGICI, LITVAC. HEDERBERGII,
THURING. ET SACCOR. PA.

EX DECRETO & AUTHORITYTE AMPLISSIMAE
FACULTATIS IURIDICAE

IN ALMA EBELIARDINA

P. R. A. S. I. D. E.

CHRISTOPHORO FRIDERICO

HARPPRECHTIO

JOHANNES GEORGIUS MÜLLERUS, *Rektor*

THURINGIAE, Litvoniae, Saccor. PA.





177

3
M

1733, 3,
1-

SPECIMEN ACADEMICUM
SISTENS DODECADEM
THESIUM
ET
DIFFERENTIARUM
INTER
JUS COMMUNE 9
ET
WURTEMBERGICUM

QUOD
SUB DIVINI NUMINIS AUSPICIO,

ET
RECTOR. ATU MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI
DOMINI

CAROLI CHRISTIANI
ERDMANNI,

3/2

DUCIS WURTEMBERGÆ, TECCIÆ, OELSNIÆ, BERNSTADII, rel.
permittente

Amplissimo Fctorum Ordine

ALMÆ EBERHARDINÆ,

PRÆSIDE

Dn. WOLFFGANGO ADAMO
SCHOEPFFIO,

U. J. D. SERENISS. DUCIS WURTEMB. CONSIL. PANDECT. ET
PRÆCOS PROFESSORE PUBL. ORDINAR.

Patrono ac Præceptore suo pie colendo,

Ad Diem Februar. Anni MDCCXXXIII.

publicæ eruditorum censuræ exponit
JOHANNES CHRISTOPHORUS SATTLER, Stuttgard.

TUBINGÆ, LITIERIS SCHRAMMIANIS.

Faint, illegible text visible through the paper, likely bleed-through from the reverse side of the page.




JU



eo r
n. 4
obv
proa
§. 1
stin
fasti
ca
alia
L. 7
ria
Hde
tius
nale





THESES & DIFFERENTIÆ
JURIS COMMUNIS & WURTEMBERGICI.

Th. I.

Jure Civili Romano statim & solennes termini at-
que dies juridici cum primis jure veteri juxta mo-
dum procedendi antiquum vix obtinebant. Bach-
chov. *ad Trent. Vol. I. Disp. 4. th. 8. lit. B. Speidel*
in Speculo in addit. voce Gastrecht. cum in
Pontificum Romanorum arbitrio fuerit, quinam
dies facti aut nefasti esse deberent, quibus diebus
lege agere fas vel nefas esset, sc. ad plebem sibi
eo magis hac arte obnoxiam habendam, Gisebért *in per. stat. art. 4.*
n. 486. ut gravis Cato mirum sibi videri assereret, quare Pontifices
obviam sibi invicem euntes risum tenere possent, Heinecc. *Ant. Rom.*
proom. §. 6. L. I. t. 2. §. 31. L. IV. t. 6. §. 11. Struv. *Hist. Jur. c. I.*
§. 12. 13. Christoph. Godofred. Hoffmann *in Histor. Jur. Rom. In-*
stin. c. 2. period. 4. §. 27. in illustrat. n. 5. pag. 64. publicatis vero
factis Pontificum & Christiana religione introducta facies Reipubli-
cæ Rom. mutata fuit, ita, ut in foris quoque unum alterumve
aliam faciem sortitum fuerit, quo pertinet inter alia constitutio
L. 7. C. de feriis, ut omnes dies juridici essent, nisi quod certæ fe-
riæ excusationem præbuerint. Lauterb. *disst. de feriis th. 1. seqq.* Nec
Ildo judicium à Jure solutis sportulis quasi emendum, sed pot-
ius cavendum fuit, ne judicium vendatur, sicque justitia per ven-
ales sententias corrumpatur. *l. 7. C. quando prov. non est neces. l. 15.*

§. 1. ff. de Judic. Jus Prov. Würt. P. 1. tit. 56. §. Oder, wo die Ur-
 tel ic. Ziegler Dicast. concl. 20. III. Confluente etiam multa turba
 in urbem Romam, creatus est præter urbanum alius prætor, qui
 peregrinus appellatus est ex eo, quod plerumque inter peregrinos
 jus dicebat. L. 2. §. 28. ff. de orig. Jur. Struv. Hist. Jur. c. 1. §. 23.
 ita, ut durior conditio fuerit peregrinorum, qui in urbe quidem
 versari poterant, sed ut sejuncta à civibus esset in peregrinos Juris-
 dictio. vid. Heinecc. Append. ad L. 1. §. 129.

Et hæc quidem obtinebant Jure Romano: at Jure Germanico
 non singulis diebus jus redditum fuit, sed aliquot mensium aut se-
 ptimanarum spatio semel Schilter disp. de jure peregr. §. 47. quæ ex-
 rat post Exerc. 5. conf. Exerc. 23. §. 28. prouti hodierna Judicia Pro-
 vincialia Sueviæ & Rothwilense, atque in Ducatu Würtemb. Di-
 casterium supremum nonnisi certo anni tempore celebrantur. vid.
 Recess. Prov. Würt. de Ao. 1520. §. 8. fol. 58. Jur. Prov. Würt. P. 1.
 r. 57. §. fin. Ord. Dicast. P. II. tit. 7. immo in inferioribus quoque
 Judiciis Württembergiæ non omnes dies juridici, sed numero litium
 dies juridici attemperandi sunt. J. P. W. p. 1. t. 3. princ. ibi. nach
 Anzahl der Rechtlichen Sachen und Handel die Gerichts-Täg
 angestellet ic. ita tamen, ut, sicuti in plurimis Judiciis Germaniæ,
 solennes & ordinarii cum Judiciis partibus observandi dies juri-
 dici, ita etiam in Württembergia existant. J. P. W. p. 1. t. 10. pr.
 Gisebert. peric. stat. art. 4. n. 488. & art. 16. n. 43. seqq. Ne igitur
 hac in parte cum primis hospites & peregrini durante justitio læde-
 rentur, si juris executio per id differretur, quod non omnes dies sunt
 juridici, merito summarium & citissimi genus judicii constitutum
 est, quod vocatur das Gast-Recht und Gericht, quia peregrino-
 rum, qui Gast vocari solent, commodum & favorem plerumque
 respicit. Schottel. de fing. quib. & ant. Germ. Jur. & obs. c. 15. Be-
 fold. thes. Pract. voc. 8. Gast-Recht. hinc in ordin. Jud. Hass. de
 Ao. 1527. tit. 24. & Monast. Ordin. Provinc. de Ao. 1571. tit. 10.
 hæc judicia summaria ad solos peregrinos restricta sunt. Quamvis
 autem itidem Rauff-Recht und Rauff-Gericht ex eo nominentur,
 quod scilicet nonnisi prænumeratis sportulis solent aperiri, atque ita
 quasi emi, prout hæc vocabula expresse in J. P. W. p. 1. tit. 5. §. fin.
 Ord. Hass. de Ao. 1527. tit. 24. & Præf. Onolspac. Ordin. occur-
 runt. Wehner obs. pract. voc. Gast-Recht. Speidel in add. voc. 11.
 Gast-Recht. & Schottelius d. c. 15. n. 4. hanc posteriorem nota-
 tionem ex eo rejiciat, quia justitiæ venditio res moribus Germano-
 rum indigna & in Praxi incognita sit: Hæc tamen res in se nullam
 habet

habet injustitiam, cum in bene constitutis judiciis magna pecuniarum summa non requiratur, sed sportularum saltem solvantur, quæ in nonnullis locis certo anni tempore in convivium aliquod publicum impendi solent. Speidel, *d. l. voc. 11. Gast-Recht in addit.* Fichtner *in disp. de jure peregr. §. 8.* neque vero salaria, sportulas & expensas victuales ac itineris accipere prohibitum est, cum judici officium suum damnosum esse non debeat. *c. 10. X. de vit. & bon. Cler. c. 20. §. insuper &c. de rescriptis in 610. Ziegler. d. c. 20. §. 36. & 37.* Contraducunt etiam Schottelio talia judicia passim in Europa, & speciatim in Germania usitata v. g. Borussia, Schlesvico, Dania, Scania, Livonia, moribus Germanorum antiquis, Mecklenburg, Silesia, Saxonia, vid. tamen Ahasv. Fritsch. *p. 4. tr. II. de jure hospitalitatis m. 5. pag. 141.* Marchionatu Onolspac. Comitatu Tyrolensi, Bremæ, Hamburgi, Lubecæ, Erfurti, Brunswickæ, Rostochii, aliisque locis recepta. Gisebert. *peric. stat. art. 17.* Speidel. *d. l. Schottel. d. l. n. 5.* Ubi plerumque soluris sportulis & præstito prius iurejurando Wehner. *voc. Gast-Recht. n. 1.* Schottel. *d. n. 2.* summarie & amputatis dilationibus, atque pariter brevissimis terminis præfixis, & quidem vel septem dierum Ordinat. Prov. Monaster. *tit. 10. vel trium, von 3. Tagen zu 3. Tagen,* nonnunquam de die in diem, von einem Sonnenschein zum andern, jus in causis fere pecuniariis & civilibus Fritsch. *dist. Tract. memb. 3. pag. 140.* dicitur, nec executio sententiæ ulterius suspenditur Mev. *ad jus Lubec. P. 3. tit. 1. art. 1. n. 51. seqq. & P. 3. t. 4. art. 7.* Schottel. *d. l. n. 1.* Magnif. D. D. Schweder *de privil. for. pers. miser. §. 46.* Neque vero in magnis saltem emporiis & Civitatibus Hanseaticis ad commercia promovenda obtinent, ne per litium ambages peregrini divexentur, & iusta cum civibus commercia colere deterreantur, licet a mercatoribus derivari voculam *Kauff-Recht*, existimet Schottel. *d. l. n. 4.* sed & in aliis exiguis oppidis & pagis Sueviæ & alibi vigent, Speidel. *voce 14. & in addit. voc. 11. Gast-Gericht*, ita, ut non ad solos peregrinos unice sint restringenda, quamvis iis expeditissima via jus reddendum sit, ne cum dispendio cogantur diutius abesse à re familiari. Recels. *Imper. de A. 1654. §. 163.* Voet. *Comment. ad Pand. §. 56. de judic. Nood. de jurisd. & Imp. L. I. c. X. in fin.* Verum etiam in Ducatu Würtemb. & Marchionatu Onolspacensi aliisque locis civibus inter se litigantibus in casu necessitatis indulta sunt. J. P. W. *p. I. t. 5. §. f.* Wehner *voce Gast-Recht.* Müller *disp. de for. peregr. th. 43.* Ahasv. Fritsch. *p. 4. tr. 11. de jure hospitalitatis m. 3. p. 140.* In specie in Ducatu nostro Würtemb. hæc judi-

judicia, ubi extraordinario die sumtibus petentis judicatur, German. Gast- oder erkauffts Gericht expresse approbata sunt, neque tamen aliter permittuntur, nisi in loco judicii competente, & nisi res celeritatem desideret, nec moram ferat, da der ordentliche Gerichts-Tag nicht erwartet werden, noch die Sache Verzug leyden möchte. J. P. W. p. I. t. 5. §. fin. & in causis peregrinorum, si illa sunt adeo dubia, ut iustitia unius vel alterius partis exacte in principio litis non possit percipi, in zweifelichen und disputirlichen Fällen, da man beedertheil Zug oder Unzug anfangs eigentlich nicht wissen mag. Nov. Würt. de Ao, 1613. S. 5. Ne vero partes expensarum onere nimis graventur, proinde sportularum quantitas floreni unius summam transcendere non debet. J. P. W. p. I. t. 5. §. f. ibi: mehr nicht, als ein Guden von der ansuchenden Parthey fürs Leggeld genommen, und niemand mit der Zehrung weiter beschwehret werden solle. Conf. Plebst. ad J. W. diff. I. th. 12. Befold. thes. Pract. voc. 8. Gast-Recht. Talia autem judicia summaria non saltem in inferioribus judiciis observantur, sed & in Supremo Dicastrio Württembergico ejusmodi exempla de anno 1692. & 1693. quamvis ob magnos sumtus rariora prostant, ut extraordinario modo sumtibus petentium ein Gast = l. extraordinair-Hoff = Gericht convocetur, referente Viro in cineribus adhuc pie mihi venerando, D. D. Hæberlino in Recens. Sentent. Dicastri. Nro. 585. 586. 588. uti quoque noviter Ao. 1731. mense Februario in causa Frontin contra Steifgen & Consl. observatum fuit. Qui mos Norimbergæ quoque in summo Appellationis tribunali servatur, testante Befold. th. pr. voc. Gast = Gericht. In Hassia vero & Episcopatu Monasteriensi hæc judicia extraordinaria ad tempus feriarum & causas, ubi periculum in mora est, & si pariter civibus a Judice peregrinorum vicissim prompta Justitiæ administratio fiat, insuper restricta & limitata est. Conf. Gregor. Andr. Schmidii Disp. Altorf. de A. 1681. de modo procedendi circa peregrinos & imprimis von deroselben Gast = und Kauff = Gerichten.

Thef. II

Jur. Priv.
Wirt. P. I.
s. 8. §. III
Fall aber ic.

De Jure Civili Romano compromissum ut plurimum pecuniali stipulatione fit, nihilque refert, sive pœna certa sive incerta adijciatur, sive in pecunia, sive in alia re consistat. l. 3 §. 2. l. 11. §. 2. l. 13. §. 1. l. 23. l. 27. §. 4. l. 28. l. 29. ff. l. 1. c. de recept. qui arbit.

arbitr. recep. Lauterb. in tract. Synopt. de arbitr. comprom. lib. 7. Müller ad Struv. Exercit. VIII. lib. 101, l. E. n. 1. sed J. P. W. p. 1. §. 5. im fall aber, hisce verbis, eine bestimmte Geld-Straffe, non nisi determinatam & pecuniariam pœnam admittere, sique binas differentias inducere videtur; quod si enim Serenissimus LLator etiam incertam multam aliamque pœnam admittere voluisset, hoc clarius expressisset, & Juri communi conformiter locutus fuisset, cum nulla litera in Juribus Provincialibus supervacua, sed omne, quod in illis dicitur, substantiale & de forma esse debeat. Besold. C. 81. n. 29. & 30. Hondedæus P. I. Conf. I. num. 8. nobis tamen hæc differentia magis spuria videtur, cum Jura provincialia cum primis in materia Juris Civilis ex illo explicationem, ampliacionem & restrictionem accipiant, ita, ut quoad fieri possit, juri communi sint conformanda. Lauterb. Exerc. I. concl. for. 2. Cum igitur apud omnes Interpretes Juris Würtembergici de hac differentia altum silentium sit, & Jus Würtembergicum de casu, qui ut plurimum contingit, saltem disponat, neque pœnam incertam, vel in alia re consistentem expresse excludat, sed potius partium libero arbitrio relinquat, certam multam adjicere, vel secundum regulas bonæ interpretationis plane nullam vel incertam; Ideo illa interpretatio præterenda erit, quæ facit, ut quam minimum jus commune lædatur, & omitti casus sub dispositione juris communis maneat. Carpz. p. 1. dec. 63. n. 16. In hoc tamen se differentia pandit, quod pœna fisco de Jure Würtembergico in compromisso per stipulationem applicari queat. d. §. im fall aber, 2c. cum ex principiis Juris Romani quisque sibi & non alteri stipuletur. L. 42. de recept. junct. §. 4. & 19. 7. de inutil. stipul. juxta Joh. Voët. n. 12. ad tit. de recept. qui arbitr. recep.

Theſ. III.

De Jure Civili communi in Judicio Concurſus universali creditores sub pœna præclusi & perpetui silentii vel amissionis causæ citari nequeunt, sed concurrentibus requisitis citatio peremptoria vel ad domum, vel edictalis stylo ordinario, & sub illa comminatione emanare debet, si citati non veniant, de causa nihilominus cognitum iri; quo casu existente tandem processus in contumaciam contra absentes debito modo adornandus est: vid. Excell. D. Præsidis Disp. de proc. in contumac. p. 1. c. 1. §. 12. cum quis I. sine lege expressa jure suo privari nequeat, Carpz. P. 2. decis. 228. n. 15.

Jur. Prov. Würt. P. 1. §. 11. pag. 66. & tit. 76. §. 1c. surs. adere 2c.

ſeqq.

seqq. imprimis, II. quia data ejusmodi condemnatoria & non comparentem omni suo jure privans sententia nullo remedio postea evitari potest, ut amplius audiatur. Carpz. d. l. n. 11. & III. talis citatio insuper in concursu creditorum, deficientibus textibus juris, plane incognita est; Berlich. P. I. dec. 207. n. 19. & dec. 206. n. 2. ubi contrariam assertionem, si vera esset, aureis literis notandam fore adferit; de cujus veritate tamen ideo dubitandum, quia IV. nemo invitus agere cogitur, conf. sub nomine Antonii à Mara laritans Elias Schneegas de concurs. cred. Lib. IV. tit. 5. §. 10. 20. & 21. Quo etiam facit, quod V. causæ amissio contumacibus & absentibus nulli in Jure præscripta sit. Böhmer, Jur. Eccl. Lib. II. tit. 14. §. 3. Mev. discuss. levam. inop. debui. c. 3. n. 114. Altimar. de nullit. P. 2. rubr. 12. quest. 301. n. 20. J. P. W. p. I. t. 12. §. Doch sollen durch solche etc. Sed potius in genere statutum, VI. quod sola contumacia periculum vel amissionem causæ principalis minime importet & secum trahat, sed is vincere debeat, cujus causa meliori jure fundata deprehendatur, neque injusta sententia contra contumacem ferenda per l. 73. §. 2 ff. & l. 13. §. 3. C. de judiciis. Nov. 112. c. 3. Ordin. Camer. P. III. tit. 47. §. fin. & tit. 43. §. 44. J. P. W. p. I. tit. 12. §. ob aber, inf. & §. Doch soll die ungehorsam Parthey etc. & tit. 13. §. ob man etc. in f. D. D. Harppr. Vol. nov. Conf. 83. n. 130. Gülich ad Mynsing. Cent. 4. Obs. 66. D. Majer in disp. de concurs. ib. 26. & 31. ut proinde juri Civili convenientius sit, regulis hisce inhærere, donec exceptio in concursu creditorum doceatur, prout latè ab Excell. Dn. Præside deductum in disp. de Jure practus. in concurs. cred. §. 4. & seqq.

Contra ea Jure Württembergico citatio peremptoria & edictalis sub lege impositionis silentii, & præclusionis à concursu creditorum approbata est. J. P. W. P. I. tit. 11. p. 66. & tit. 76. §. fürs andere etc. B. D. D. Harppr. Resp. 92. n. 445. seqq. Lauterb. in collect. nov. Conf. Tub. Vol. II. conf. 47. n. 76. & seqq. Cum nullus foret negotiorum & tractatum exitus, si ex voluntate emanentium dependerent, cum primis hodierno tempore, neque aut à jure aut à ratione alienum quidquam sit in ea præclusionione, tanquam remedio expediendarum litium Mev. discuss. levam. inop. debui. c. 3. n. 114. & vigilantibus jura scripta sint, non negligentibus l. 24. ff. qua in fraud. cred. D. D. Harppr. Conf. 60. n. 265. seqq. D. Bardili de Jud. Conkurs. ib. 44. sicut quoque in Austria, Saxonia, Magdeburg, & Pomerania idem statutum est. Ludov. Gant Process. c. 3. §. 4. seqq. & in add. ad. §. 4. & in Civitate Francofurtensii Gerichfl. Procell.

tit. 48. de an. 1578. Borussia Preussisch Land-Recht p. 1. tit. 40.
§. 9. & tit. 49. §. 1. Brandenburgia aliisque locis obrinet.

Thef. IV.

Litis contestatio à Doctoribus communiter dividitur in affirmativam & negativam. Neque parva hac in re est eorum dissensio. Alii sc. ex Antiquitatibus & processu veteri Romanorum id explicantes per litis contestationem utrumque actum sc. narrationem actoris & contradictionem rei intelligunt; ita, ut actor affirmative, reus vero negative litem contestari dicatur, & litis contestatio nihil aliud sit, quam ejus rei, de qua controversia est, apud judicem ex utraque parte testato facta narratio. Dn. Gundling. *disp. de lit. contest. comm. & incomm. c. 1. §. 1.* Noodt. *de Jurisd. L. 1. c. 15.* Boehmer. *Jur. Eccl. §. 2. & 7. de lit. contest.* & qui ita sentiunt, divisionem hanc non impugnant. Neque ab iis plane abhorret hodierna Praxis tam Cameralis, quam aliorum locorum, ubi Procuratores recessui reproductionis expresse inserunt formalia, quod repetant narrata libelli animo litem affirmative contestandi. Bocken. *in not. ad Blum. Proc. Camer. tit. 71. n. 6. & 16.* ita ut per oblationem libelli & responsionem rei propter animorum concurrentiam simultaneè bellum civile (der Krieg-Rechtens) suscipiatur, & ex hac animorum concurrentia quasi contrahi dicatur. Gail. *L. 1. obs. 73. n. 2. seqq.*

J. P. W.
P. 2. tit. 25.
 §. Und weil
 26.

Alii Doctores Litis contestationem ad solum reum restringentes atque divisionem hanc L. C. ad personam rei potissimum applicantes rejiciunt illam plerumque ex eo, quod reo simpliciter confitente nulla lis sit, cessante autem lite, cesset Litis contestatio, atque adeo etiam officium Judicis judicantis & pronunciantis, cum confessus in jure habeatur pro judicato *L. 25. ff. ad L. Aquil. l. 1. ff. de confess. l. un. C. de confess. Vinn. quest. Jur. L. 1. q. 17.* Grub. *in Processu fori. c. 13. §. 3.* Nicolai *in process. P. 1. c. 37. n. 2.* Alio tamen in sensu affirmativam litis contestationem admittere haud dubitant, si sc. conditionaliter affirmative litem contestatur reus, & actoris intentionem quidem fateretur, sed se condemnari iniquum dicit, opponendo aliquam exceptionem peremptoriam v. g. solutionis, pacti de non petendo &c. sicque implicite contradicit, ita, ut non

B

ineptè

ineptè negativa quoque litis contestatio dici possit. Brunnem. *Process. Civ.* c. 14. n. 8. Schæpfer. n. 95. Lauterb. *Coll. Theor. Pract.* §. 21. de *Judic.* Stuyk. *introd. ad Praxin. for.* c. 15. §. 3. Boccr. *Cl. 6. disp.* 20. *ib.* 18. Quidquid vero hujus sit, in Praxi affirmativa litis contestatio in sensu priori quoque, sc. si reus simpliciter intentionem actoris confitetur, toleratur ex eo, quia confessio debiti post libellum actoris pure & simpliciter facta in judicio magis probatio pro Actore, quam rei condemnatio est, utpote quam Judex adhuc secundum confessionem facere debet *l. 74. pr. ff. de Judiciis.* unde confessio regina omnium probationum dicitur. Lauterb. *Coll. Theor. Pract.* §. 21. de *confess.* & *disp. de confess.* *ib.* 41. & 42. ubi tamen de Jure Württembergico *P. 1. t. 33. §.* Weil eigene *ic.* contrarium defendit, ibique Lauterb. *ib.* 54. & deinceps, quia alii effectus ex tali confessione returgunt, qui alioquin litis contestationis proprie & strictæ sic dictæ sunt. Mastert. *Var. traët. illust. de lite contest.* *quotu-plex sit pag.* 202. immo & si litis contestatio pro response rei ad libellum contradictoria accipitur, verbis quoque affirmativis fieri bene potest. Blum. *Proc. Cam. tit.* 71. n. 6. Carpz. *in proc. tit.* 10. *art.* 2. n. 1. D. Bardili de *Lit. contest.* §. 4. n. 10.

Atque hæc divisio in Ducatu Würtemb. expresse approbata legitur J. P. W. *p. 1. t. 25.* ubi hæc leguntur verba: Und weil die Kriegs-Bevestigung nichts anders ist, dann eine Antwort auff des Klägers begehren, so heist und wird der Krieg Rechtens verfangen, und für bevestiget gehalten, wann der Antworter auf die eingebrachte Klag mit Ja oder Nein, mit Gestehen oder Widersprechen Antwort gibt. D. Bardil. *dict.* *disp.* *ib.* 10. Lauterb. *Colleg. Theor. Pract.* §. 16. de *Judic.*

Thes. V.

J. P. W.
P. 1. t. 42.
§. f.

Inter eos etiam, qui Jura vix gustare cœperunt, constat, quod aliquid asserens id probare teneatur *l. 2. l. 21. ff. de probat.* Nec minus constat, terminum aliquem præfigi, qui probatorius dicitur, intra quem omnis probatio peragenda est, ita, ut illo elapso non amplius audiatur, cum peremptorius sit. *L. 1. C. de dilat. L. 7. l. f. de fer. & dil.* Ludovic. *Einleitung zum Civil Process.* 6. 15. §. 11. Dn. Præses. *dec.* 218. n. 10. & de *Process. summi appellat. tribum.* Ducat.

Ducat. Würt. c. 13. §. 4. At de Jure Camerali sufficit, si testes durante termino & ejus dilatione producuntur & jurant, licet postea demum examinentur. Recept. Deput. de Anno 1400. §. auch sollen, 123. Ordinat. Camer; p. 3. tit 21. §. 6. Resolut. dub. Cameral de Anno 1595. §. 116. dub. wann erst post dilaciones effluxas. Blum. in Process. iii. 73. n. 65. ibique Bocken in addit. Gosvvin ab Esbach ad Carpz. p. 1. c. 16. def. 2. n. 3. Uti quoque non saltem juri Saxonico Carpz. p. 1. c. 16. def. 2. & 3. sed quoque communi conveniens esse dicunt, si articuli probatorii cum denominatione testium & directorio, intra terminum probatorium offerantur, & producents pro expedienda probatione sollicite instet, ac pro viribus examen testium acceleret, licet probatio non absolvatur, Ludov. d. c. 15. §. 2. confer. D. D. Harpprecht Resp. 95. n. 39. & 118. quamvis secundum jus Württembergicum p. 1. tit. 42. §. f. intra terminum probatorium non solum testes examinandi, sed etiam examen ad finem perducendum, & rotulus judici portigendus sit, adeo, ut Commissarius, si terminus brevior videatur, quam ut probatio intra illum absolvi queat, partes in tempore monere debeat, ut ulteriorem dilationem petant & extrahant; Nec sine ratione Lator Serenissimus hoc ita disposuit, cum experientia forensis abundè doceat, quantæ induciæ hiant, & quomodo lites per probationem sæpius protelentur contra dispositionem Recept. provinc. de Anno 1583. Dabey sich dann Jhro Gürstl. Gnaden erkläret, ein gemeines Ausschreiben ins Land zu publiciren, daß kein schriftl. Proceß, es ersordere es dann der Sachen Wichtigkeit, unnothwendige und gefährh. dilaciones, undientl. articuli & interrogaciones, übermäßige 3 ugen Verhör gestattet etc. cum tamen difficile sit, intra terminum plene ac perfecte probationes consummati, quæ potius adjuvari quam coarctari & restringi debent. Carpz. P. 1. consl. 17. def. 2. n. 5. maxime cum per Rescriptum Würtemb. novissimum de Anno 1727. d. 18. Maj. Recept. Imp. novissimus de Anno 1654. §. 50. approbatus sit & non nisi tres dilaciones concedantur D. Præses in Dodec. thes. & differ. Inter Jus commun. & Würtemb. ib. 3. ideo praxi Württembergica & dicasteriali lapsus termini probatorii producenti vix nocet, si ex sua parte nulla mora facta, sed articuli probatoriales cum denominatione testium & directorio intra terminum præstitutum porrecti sunt Excell. D. Præses in Process. Dicast. cap. 13. §. 5. Et quamvis contra Jus Württembergicum nulla contraria consuetudo introduci queat. D. D. Harppr. C. 58. n. 232. seqq. & in diff. Jur.

Commun. & Würt. ib. 1. tamen verba *p. 1. tit. 42. §. f.* saltem ad Commissarium directa sunt, vid. *7. P. VII. p. 3. t. 3. §. f.* & iniquissimum esset, si terminus probatorius, negligentia Judicis & commissarii lapsus, partibus innocentibus damnum & præjudicium afferret. *L. 24. ff. de his, qua in fraudem credit.* Georg Grube in *processu Fori c. 16. n. 55. & seqq. n. 63. & 64.* Esbach ad *Carpz. p. 1. C. 16. def. 3.*

Thes. VI.

J. W. Part. 3.
tit. 3. §. da
aber ic.

Testamentum judiciale confici posse vel in ipso loco judicii vel extra illum, notorium est in jure, cum sit actus voluntariæ jurisdictionis *Lauterb. in disp. de volunt. jurisd. ib. 36. & de testamento judiciali ib. 20.* Gosvvinus ab *Esbach ad Carpz. p. 3. C. 3. d. 16. Stryk C. T. c. 7. §. 34.* & confirmat id etiam textus *J. P. W. P. III. t. 3.* si quis ergo domi judicialiter testari velit, pluribus cautionibus opus est, ne postea in dubium vocari possit ultima voluntas, & communiter hodie judicis & aliquot Scabinorum & actuarii præsentiam pro diversitate locorum necessariam adstruunt. *D. D. Harppr. Conf. nov. 44. n. 528. & seqq. Stryk. C. T. cap. 7. §. 38. & seqq.* neque vero sufficit secundum passim obvia testimonia, si testator vel ipse vel alius ejus nomine tantum privatim è Senatu vel judicio ad actum ordinationis testamenti aliquos convocet, sed insuper constanter requirunt, nisi diversa extet consuetudo, ut testator vel ipse vel alius ejus nomine magistratum impleret, ut aliqui, qui ejus voluntatem excipiant, ab ipso deponentur, & ut judex vel senatus hoc modo rogatus personis illis, quæ sunt in officio, hoc ipsum adjungat, ut Testamenti confectioni nomine Senatus vel Judicii adsint, ut ita publica judicii auctoritas hujusmodi testamento robur conciliet, & proinde haud sufficiat, Senatores vel Scabinos à testatore duntaxat privatim tanquam testes rogatos esse, vel alia de causa ad ipsum venisse. *Carpz. p. 3. const. 3. def. 16. Stryk. C. T. c. 7. §. 33. 37. & 40. seqq. D. D. Harppr. Conf. nov. 44. n. 435. seqq.* Si jus Provinc. Württemberg. respicimus, differentia se exserit haud negligenda, quippe quo Jure illa imploratio magistratus, & specialis ad actum testandi judicialis deputatio, haud requiritur, sed sufficit, si testator quatuor Scabinos & actuarium ad se vocet vel vocari curet, sicque testamentum judiciale extra locum judicii condatur, cum Serenissimus Llorator nullibi

nullibi hujus solennitatis mentionem injiciat. J. P. W. p. 3. t. 3.
Rubr. Dritte Form c. 5. *Da aber* c. *Rubr. fünfte Form. S. Nach-*
dem es auch c. *ibr: zu sich beruffen* c. *Besold. C. 126. n. 12. & segg.*
D. D. Harpprecht. in Conclus. de testam. jud. §. 8.

Thef. VII.

Quod in testamento Parentum Privilegiario personæ extraneæ J. P. W. p. 3.
interdum admisceantur, quæ nimirum ex numero liberorum non
sunt, l. 21. §. 1. C. de testam. Nov. 107. cap. 1. B. D. D. Harpprecht
in Tract. Acad. XI. de admixt. extran. person. in disposit. parentum inter
liberos ib. 7. seq. Stryk in C. T. cap. 10. §. 22. Lauterb. in Coll. Theor.
Pr. §. 29. Beyer ad §. poss. 29. lit. Z. de testam. milit. illisque legata
ac fideicommissa particularia testibus adhibitis valide relinqui queant,
non multum dubii habet L. f. C. famil. hercisc. l. 21. §. 1. C. de te-
stam. Nov. 107. cap. 1. non obstante Auth. quod sine C. de testam.
utpote quæ à fonte deviat, & exinde explicanda. Sed quot testes
in tali dispositione parentum, in qua extraneis aliquid simul relin-
quitur, necessarii sunt, eo majoribus difficultatibus & dissensionibus
obnoxium est, cum numerus testium in Nov. 107. c. 1. haud
expressus sit. Alii namque DDres septem, alii quinque exigunt.
Alii nonnisi duos requirunt, ita, ut inter testamentum scriptum &
nuncupativum insuper distinguant, & in scripto, quod sine ullo teste
inter liberos valet. L. 21. §. 1. C. de testam. Nov. 107. c. 1. J. P. W.
p. 3. t. 5. §. *Da aber* & Dn. à Wernher in observat. select. Vol. 4.
p. 5. obs. 154. pag. 234. & segg. duos testes ad validitatem legatorum ac
fideicommissorum particularium extraneis ibidem relictorum suffice-
re, affirmare haud dubitent, cum regulariter hic numerus admittat-
ur, ubi in numero plurali testes requiruntur, arg. l. 12. ff. de testi-
bus, hincque conjuncta fulcra fidei concurrant, ita ut certitudo seriæ
voluntatis ex parentum manu & testimonio concordi duorum testi-
um eo evidentius & certius appareat Joh. Voët. n. 16. qui testam.
facere poss. Krels. in specim. Jurispr. privata. lib. 2. tit. 5. §. 11. Lau-
terb. in Colleg. theor. Pract. §. 30. de testamento milit. In testamento
vero nuncupativo septem testes exigunt, conf. Huberus n. 2. de te-
stam. milit. cum absque hoc numero nullam testamentum solenne
valeat, sive ob nullitatem testamenti l. 1. ff. de injust. rupt. irrito
testam. l. 4. qui testam. fac. poss. l. 4. l. 12. C. de testam. junct. l. 29. C.
de fideicommiss. & cum de voluntate codicillandi non appareat l. 1.
B 3 C. de

C. de jur. codicill. neque legata & fideicommissa particularia in tali testamento privilegiario extraneis relicta valida esse queant. Quamvis alii DDres quinque testes sufficere statuunt, eo, quod absurdum foret, duos testes hic admittere, sicque extraneis idem privilegium ac liberis indultum concedere, citra Legum auctoritatem §. 6. §. de 7. N. & G. cum testamentum parentum nuntupativum ad minimum ex sententia communi in praxi recepta & juxta R. Imper. de Ao. 1512. Von der Ordnung von Notariem. tit. 2. Von Testamenten §. 2. non nisi coram duobus testibus valide condi possit. Huberus n. 2. de testam. milit. Schilter. Exerc. 38. §. 125. seq. id, quod etiam Jure Würtemb. expresse sancitum, §. P. W. p. 3. ut. 5. §. Bey der ersten, & §. So nun ic. Et cum alioquin in legatis & fideicommissis relinquendis quinque testes sufficiant. l. f. §. C. de codicillis §. f. §. de fideicommiss. hered. l. f. C. de m. c. donat. hæcque testamenta parentum jure singulari vim ac efficaciam obtineant, ideo legata ac fideicommissa extraneis ibidem relicta ac legitimo numero quinario testium vallata, subsistere, roburque inde accipere ac mutare contendant, licet nulla vestigia codicillos faciendi appareant. Quodsi enim clausula codicillaris adjecta, vel aliunde de mente ac intentione codicillum condendi constet, res dubio caret, quin legata ac fideicommissa particularia extraneis in tali testamento privilegiario coram V. testibus relicta valeant. Ex quo etiam alii interpretes in testamento quoque scripto parentum quinque ad validitatem legatorum extraneis relictorum non sine ratione exigunt, hæcque sententiam veritatis ac analogiæ Juris convenientiorem unquam judicant, cum omnis ultima voluntas minus solennis quinque testes pro solennitate requirat. Stryk. in C. T. cap. 10. §. 24. & 25. & Disp. de Jure testandi inter liberos cap. 4. n. 47. & seq. Beyerus pos. 3. ad ff. de testam. milit. Titius & Stryk ad Compend. Lauterbach. voc. duo testes. de testam. milit. D. D. Harppr. cit. tract. Acad. XI. th. 56. ubi contrariam opinionem tamen communiorem & in praxi receptam esse testatur, quod non nisi duo testes necessarij sint, Dn. à Wernher in select. observ. p. 1. obs. 239. pag. 489. ubi præjudicium Ordin. Wirteb. quinque testes exigens adducit, & in materia indifferenti, & ubi numerus testium non expressus est, duo testes pro substrata materia plenam quidem efficiunt probationem l. 12. ff. de testibus, in causis vero testamentariis & ultima voluntate minus solenni licet quinque necessarij sunt, Lauterb. in Colleg. Theor. Pract. §. 40. de fid. instrument. Quantæ ergo triciæ ac diversæ opiniones circa hanc quætionem foveantur, ex hæcenus deductis satis superque apparet, & plenius legi possunt

possunt apud B. D. D. Harppr. *dict. Tract. Acad. XI. ib. 51. & 55. seqq.*
 B. D. D. Grals in *Collat. Jur. Commun. cum Recess. Imp. sect. 4. §. 3. p.*
174. 175. & 177. seqq. Stryk C. T. c. 10. §. 24. & 25. & in *Disp. de Jure*
testandi inter liberos cap. 4. n. 47. seqq. ibi alleg. In nostro Ducatu Wüt-
 temb, hæc controversia saluberrime decisa est & juxta J. P. W. p. 3.
 1. 5. §. sonst stehet 2c. duo testes legata in testamento parentum
 scripto, ac nuncupativo extraneis relicta valida reddunt, cum tex-
 tus hic generaliter loquatur, & sicuti in antecedentibus de testamen-
 to parentum nuncupativo & scripto actum, ita hic parâgraphus
 quoque de utroque testamento exaudiendus est. Et sane optandum
 foret, ut plures tales lites DDrum per leges Imperii, quod vix spe-
 randum est, vel Jura provincialia deciderentur, quod apprime ad
 lites abbreviandas faceret. Hinc cautelæ loco subjicimus, ut alibi in
 testamento parentum scripto extraneæ personæ magis quid relinqua-
 tur & ordinarius numerus testium adhibeatur.

Thef. VIII.

Clausula codicillaris communiter dividitur in expressam, quæ J. P. W. p. 3.
 diserte testamento adjecta est, cujus formula legi potest apud Lau-
 terb. in *Coll. Theor. Pract. §. 17. de jure codicill.* & Beyer *Volckm. auct. r.*
emendat. p. I. cap. 66. n. 19. & tacitam, quæ in testamentis tacite
 subintelligitur, licet non adjecta & ex quo animus codicillos fa-
 ciendi colligitur. Et quidem non desunt nonnulli DDres, qui ex
 præsumta testatoris voluntate illam in omni testamento subintelli-
 gendam esse volunt, cum in dubio testator suum testamentum quo-
 cunque modo sustinere voluisse censeatur, quæ sententia in tota
 Disp. Inaug. Argentin. Joh. Thom Frœlichii *de aequitate tacite intel-*
lectæ clausula codicillaris in testamentis defensâ legitur, quamvis con-
 traria opinio communior & verior sit, quod clausula codicillaris in
 testamento omissa habeatur pro omnino omissa, nec eadem deficiente
 lege pro adjecta censenda sit: l. f. §. 1. C. de codic. L. 41. §. 3. ff. de *Ulg.*
& Pup. subst. Stryk. C. T. c. 23. §. 32. & *disp. de claus. codicill. n. 61. &*
seqq. Tabor in *Disp. de claus. cod. ib. 19. seqq.* Ad controversias igitur
 evitandas apprime faceret, si clausula codicillaris per Jura provincialia
 in omni ultima voluntate pro tacite comprehensa habenda foret, mo-
 nente Brunn. ad l. f. n. 4. & 13. C. de codic. & *Cent. 3. dec. 54.* & omni-
 bus testatoribus summo opere suadendum, ne ilius appositionem negli-
 gant.

E con-

E contra alii DDres in nonnullis saltem testamentis clausulam codicillarem tacite subintelligendam esse adstruunt, hucque referunt testamentum militum, piarum causarum & parentum add. *L. 77. §. 23. ff. de legat. 2. l. 38 ff. de fideicommiss. libertat.* Lauterb. in *Colleg. Theor. Pr. §. 21. & 48. de testam. milit. & §. 17. de jur. codicill.* Mencken in *disp. XIX. de codicill. parent. inter liber. ex privileg. condit. th. 5. & seqq. & th. 29.* Tabor. *cit. Disp. th. 7. & 15. seqq.* Id quod alii iterum in dubium vocare haud verentur, & in specie in testamento paterno clausulam codicillarem exclusam affirmant, nisi expresse adjiciatur, cum legis dispositio deficiat, & insuper illud in scriptis conditum sine testibus, nuncupativum vero coram duobus testibus factum valeat *L. 21. §. 1. C. & auth. quod sine. C. de testam. Nov. 107. c. 1. J. P. W. p. 3. t. 5. §. Bey dem ersten ic. §. Da aber & seqq. §. so nun ic.* Joh. Voëtius *n. 15. qui testamenta facere poss. & codicillus paternus & clausula codicillaris testamento parentum adjecta easdem itidem desideret solennitates D. D. Harppr. Conf. Nov. 71. n. 72. & seq.* Mencken *cit. disp. th. 22.* D. D. Grafs. in *Collat. Jur. Rom. cum Recess. Imper. sect. 4. th. fin.* ita, ut absurdum foret dicere, si tale testamentum non possit valere, ut testamentum inter liberos, valeat tamen in codicillis, cum quoad numerum testium ad paria judicentur, hincque non magnus usus in foro & praxi contrariæ sententiæ tribuendus sit ex mente Strykii, *C. T. c. 10. §. 11. & cap. 23. §. 33. & disp. de claus. codic. §. 15.* Joh. Voëtii *n. 7. de jure codicill. Dni. à Wernher in selet. observat. Vol. 1. p. 1. obs. 279. p. 542. & seqq.* nisi quis dicere velit, animum tamen codicillos faciendi exinde tacite colligendum esse, ita, ut si jure testamenti valere nequeat, v. g. ob deficientem hæredis institutionem, vel si substitutio ultra annos pubertatis facta, vel aliæ solennitates ad testamentum paternum necessariæ omissæ, dispositio talis paternæ tamen vi tacite subintelligentiæ clausulæ codicillaris ad fideicommissum trahatur: codicillus enim alias absque animo codicillandi subsistere nequit. *L. 1. L. 13. §. 1. ff. de jur. codicill. l. 29. ff. qui testam. fac. poss. Lauterb. in Coll. Theor. Pr. §. 5. de jur. codicill. D. D. Harpprecht. C. 18. n. 239. & C. 64. n. 144 seqq.*

In nostro Ducatu Würtemb. communis opinio itidem approbata est, & in testamento paterno clausula codicillaris tacite pro adjecta habenda, ita, ut propter eam testamenta parentum, quæ propter defectum solennium, Wegen unterlassener Solennitäten und Zierlichkeit gemeiner Rechten, valere nequeunt, in vim fidei-

commissi vel alterius dispositionis paternæ subsistere & executioni dari debeant, neque tamen, si tale testamentum ob præteritionem vel exhæredationem corruat, hæc tacita clausula codicillaris vim suam exerceat queat per textum disertum J. P. W. p. 3. tit. 5. §. 68. isti auct. r. add. §. 68. soll aber r. quamvis expressa clausula codicillaris vitium præteritionis & exhæredationis aliquo modo sanare valeat, ita ut tale testamentum ut codicillus valeat, & jure fidei commissi sustineatur, sicque hæredes ab intestato deducta quarta Trebellianica scriptis hæredibus hæreditatem restituere debeant. J. P. W. p. 3. tit. 20. §. Biewohl nun r. prout meus frater germanus in Dodec. thes. & different. inter Jus Commune & Württembergium sub Præsidio Excell. Dn. Præs. th. 9. & 10. evictum dedit, nisi quod ratione posthumi diversa exter constitutio in J. P. W. p. 3. tit. 20. §. f. ibique Lauterbach th. 39. & 40.

Thef. IX.

Ad J. P. W.
p. III. tit. 8.
§. fin.

Libertas testandi de Jure Civil. Rom. neque per renunciatio- nem neque per pactum & conventionem directo impediri aut adimi potest, cum nemo sibi legem dicere queat, ut ab ea non iterum recedere liceat l. 22. ff. de legat. 3. neque quis cavere possit, ne leges in suo testamento locum habeant. l. 55. ff. de legat. 1. ita, ut pacta successoria omnino prohibita sint, nisi inter milites ad proelium properantes. l. 61. ff. de V. O. L. f. ff. de suis & legit. hæred. l. 15. l. 19. C. de pact. l. 5. C. de pact. convent. l. 4. C. de inutil. stip. utpote, quia bonis moribus adversantur. Cum enim tanta fuerit Romanorum improbitas, ut illis, quibus se successuros certò sciebant, non solum mortem maturam optarent, sed etiam veneno, ferro, aliisque artibus accelerato eorum obitu suam spem impleverent, prouti Juvenal. Satyr. 6. de matre pupillis insidiantem testatur, quò respicere videntur l. 22. vers. tunc enim. C. de adm. tutel. l. 3. ff. de his, qua ut maign. Ideo remedia varia inventa sunt. l. 1. §. 1. & l. 2. C. ubi pupil. educ. §. 3. Inst. de pupi. subst. l. 18. 19. 20. ff. de Adopt. immo his addiderunt liberam testandi facultatem, ut nemo certa successione spe seductus alterius vitæ insidias strueret. conf. Leyser. specim. Observ. ad Pand. sp. 43. §. 2. Insuper liber stylus & liberum arbitrium, quod iterum non redit, supremæ voluntatis semper manere debet. l. 1. C. de SS. Eccles. cum omnis voluntas hominis ad ultimum usque vitæ halitum ambulatoria sit. l. 4. ff. de adm. & transf. legat. l. 32. §. 3. ff. de donat. inter vir. & uxor.

C

Lauterb.

Lauterb. *Colleg. Theoret. Pract.* §. 36. *qui testam. facere poss.* hinc nec mutationi testamenti quis valide renunciat. J. P. W. p. III. tit. 20. pr. cum ultima & morte confirmata voluntas demum perfecta sit, & jus pariat. Laut. §. 10. *de injust. rupto. irrit. fact. test.* adeo, ut nec juramentum accedens de Jure Civ. servandum sit. l. f. ff. *qui suisd. cog.* L. 7. §. 16. ff. *de pact.* l. f. C. *de non numerat. pecun.* l. fin. C. *de LL.* Coccej. *disp. de claus. testam.* c. 2. n. 132. Stryk. *Caut. Test.* 6. 24. n. 53. seqq. Bard. *disp. de revocat. ult. volunt.* ib. 35. seqq. B. D. D. Harppr. *disp. de recipr. inter conjuges sed coact. testam. revoc.* ib. 20. quamvis de Jure Canon. secus esse dicant per c. 2. X. *de pactis in 6to* Stryk. *Caut. Test.* c. 24. §. 24. *U. usu modern.* §. 2. *de injust. rupto. irrit. fact. test.*

Cum autem certissimum sit, Germanos pacta successoria de viventium hereditate multis retro seculis celebrasse, & diu quidem ante, quam Jus Romanum publice in Germaniz foris fuerit receptum. Müller ad Struv. *Ex.* 38. ib. 47. eaque etiam post ea tempora vim suam retinuisse asserat Stryk. *de success. ab intest.* c. 8. §. 5. & cumprimis pacta successoria familiarum inter personas illustres, ut Ganerbiatus & confraternitates, item inter privatos etiam pacta dotalia & uniones prolium, aliaque valida sint. B. D. D. Graft Collat. *Jur. Civ. Rom. cum Recess. Imp. Selt. V.* Beyer *Spec. Jur. Germ.* lib. 2. c. 11. §. 39. seqq. immo ex mente B. Hertii in *Cons.* 55. Strykii in *us. mod.* §. 18. seqq. *de pact.* Schilteri *Exerc.* 8. §. 46. seqq. *U. exerc.* 40. §. 47. omnia pacta acquisitiva hereditatis de Jure Germanico admittenda sint, modo accedat autoritas judicialis. Schilter. *Ex.* 30. §. 60. Thomaf. *us. mod. Pand. ad tit. de hered. vel act. vendita.* cum infidiarum praesumptio ob illorum integritatem cesset, cessante vero ratione legis, ipsa cesset dispositio. Leyser. *Spec.* 43. *obs.* 3 *U. 4.* Certè per consequens facultas testandi libera pactis successoriis, quatenus nostris moribus approbata & irrevocabilia sunt, bene restringi, & facultati mutandi renunciari, ac clausula de non mutando adjici potest. Stryk. *us. mod.* §. 3. *U. 5.* *de injust. rupt. irrit. fact. test.* adeo, ut in interpretanda regula Juris. Rom. quod nemo facultati testandi mutandique suam ultimam facultatem renunciare queat, moribus nostris ob efficaciam pactorum successeriorum ad minimum in multis casibus cautè sit procedendum, neque isti ceu moribus nostris eatenus parum convenienti principio rigide & nimis inhaerendum, sed potius aequitate naturali temperandum. Stryk. *us. mod.* §. 13.

§. 13. de adopt. Leyser Spec. Pand. 43. obs. 5. & 6. Mores Germanicos sequitur Jus P. W. P. III. t. 8. §. f. in pactis dotalibus, & disponit, si conjuges pepigerint, se in casu successionis futurae Jus Württembergicum circa successiones servaturos, wann die Eheleute in genere & sine ulteriori denominatione auf das Land-Recht einander heurathen, facultas testandi minimè adempta sit, sed in propriis bonis cuilibet conjugum, (salva tamen legitima conjugibus debita. J. P. W. p. 3. t. 16. & 19.) libera remaneat Besold. ad 7. P. W. p. 3. th. 72. & Conf. 215. n. 26. & 39. Sin vero expresse pacti fuerint, se Jus Württembergicum adeo observaturos, juxta nec per testamentum aut alia quâcunque ratione alter alteri damnum vel præjudicium inferre velit, vinculum obligationis durissimum etiam ultima voluntate non solvendum inducitur. Plebst. ad 7. P. W. p. 3. th. 84. J. P. W. p. 3. t. 8. §. f. & p. 4. tit. 1. §. damit aber ic. cum in vim contractus irrevocabilis abeat, neque contra pacta dotalia per modum contractus inita testamentum valeat. Stryk. Cant. Contract. sect. 3. c. 8. §. 20. D. D. Harpprecht, C. 18. n. 42. & seqq. Dn. à Lyncker dec. 670. & 1017. nec non Resol. 424. & 449. D. Bardili in disp. de success. conj. th. 50. uti quoque irrevocabilia fiunt, si clausula de non revocando addita arg. L. 27. de m. c. donat. Joh. Otto Tabor, de pact. dotal. c. 7. th. 5. ubi in Consilio ibidem annexo testatur, ita à Dnis Jctis Giessensibus judicatum fuisse. D. Bardili in disp. de port. statut. conjug. th. 19. & disp. de revocat. ultim. vol. th. 71. ubi facultatem quoque Tubingensem ita respondisse testatur, immo in genere non nisi justa causa ad exhæredationem sufficiente in damnum alterius conjugis pacta dotalia revocari possunt de Jure Würtbergico p. 3. t. 18. pr. & §. Und wann in dergleichen ic. ibique Lauterb. th. 18. Bardil, de success. Conjug. §. 52. Dn. Præles dec. 247. n. 19. & seqq.

Thef. X.

Communis DDrum schola hucusque docuit, quod fratrum germanorum liberi quoque soli in successione ab intestato excludant suum patrum & avunculum, amitam & materteram, unilaterales, sive defuncti fratres unilaterales avib. post fratres C. de legit. hered. §. si aderet Rittershuf, ad Nov. p. 7. c. 13. n. 5. & 14. Carpzov. p. 3. const. 18. def.

Jur. Præv. Würtemb. P.

4. tit. 21.

§. si aderet

18.

def. for. 4. ibique Goswinus ab Esbach. Lauterbach. in *Coll. Theor. Pract. th. 35. de successione ab intestato noviss. & disp. de sing. fratrum jure. m. 2. §. 43.* Stryk *de success. ab intest. diss. 3. cap. 1. §. 17. & 19.* Sed liceat cum pace tantorum Virorum de veritate hujus sententiæ tantisper dubitare, eumque in finem sensum Nov. 118, c. 3. præmittere. Imperator autem in linea collateralis *PRIMO* vocat germanos fratres & iis prærogativam concedit. *SECUNDO* ordine statim fratres unilaterales ponit ac admittit. *DEINDE* pergit in verbis *Novellæ si autem &c.* & subnectit singularem adhuc casum ad duos præmissos ordines spectantem, si nimirum fratres (generaliter posito hoc vocabulo, ita, ut æque germanos ac unilaterales comprehensos jure dicas) cum fratrum (iterum generaliter nominatis fratribus) liberis concurrant, quod tunc cum fratribus fratrum quoque liberi jure representationis admittendi, reliquisque agnatis & cognatis præferendi sint. Ne vero ex hoc singulari casu quis confusè inferat, liberos fratrum germanorum & unilateraliū cum fratribus germanis & unilateraliū indistincte vocatos & ad hæreditatem admittibiles esse, neve putet quis, fratres unilaterales, utpote qui gradu proximiores sunt, quam fratrum germanorum liberi, cum fratre germano & fratre germani præmortui liberis in successione fratris germani concurrere debere, cum fratres germani soli & extra hunc concursum liberorum fratris prædefuncti saltim iis prælati sint, declarat illud singulare statum liberis datum ius exemplis, idque in prioribus nominatis duobus ordinibus ita intellectum vult, in verbis *Novellæ. UNDE CONSEQUENS:* ut licet fratris germani liberi adsint, fratres unilaterales secundo tantum ordine vocati nihilominus pro exclusis habendi, & liberi fratris germani (simul cum fratribus germanis) jure representationis admittendi sint, quamvis gradu remotiores, ex annexa ratione, quia eorum parens, si viveret, præponeretur. *ET EX DIVERSO,* quibus verbis ad ulteriora progreditur in *Novellæ,* si frater Germanus vivit, & fratris unilateralis tantum liberi adsint, excludendi veniunt liberi fratrum unilateraliū, sicuti eorum parens, si viveret, ab hæreditate excluderetur, cum germani præferantur unilateraliū fratribus, sicque illorum liberi non possint succedere cum fratribus germanis jure representationis, quod privilegium tunc demum iis concessum, si cum fratribus unilateraliū concurrant. Hanc tamen fratrum liberis concessam prærogativam in posterioribus tripliciter restringit 1.) ad solos fratrum liberos 2.) *IN VERBIS NOVELLÆ. SED ET IPSIS;* quando cum pro-
priis

priis thiiis h. e. fratribus defuncti judicantur & concurrunt : 3.) deficientibus demum ascendentibus, quæ ultima tamen limitatio per *Nov. 127. c. 1.* iterum mutata. Præmissa explicatione hujus Novel- læ verius judicamus, quod fratrum germanorum liberi soli patruos & avunculos suos unilaterales à successione non removeant ob se- quentes rationes, quia I. mo jure antiquo fratres excluderunt fratrum liberos §. 5. *Inst. de legit. agnat. success.* ibique *Vinn. L. 3. l. 14. C. de legit. hered.* & fratres consanguinei idem jus successionis habuerunt, ac germani §. 1. *inst. de legit. agnat. success.* l. 1. *C. de legit. hered.* l. 10. §. 13. ff. *de grad. & affin. add. §. 1. 7. de leg. agn. success.* ibique *Vinn. Rittershul. ad Nov. p. 7. c. 10. n. 7. & 11.* quibus postea & uterini fratres æquiparati *ml. f. C. ad Sci. Tertull. L. pen. §. 2. C. de legit. hered. conf. Lauterb. in disp. de singul. frat. jure p. 2. m. 2. §. 34.* cum igitur communis sententia correctionem Juris veteris inducat, & *Nov. 118. c. 3. §. 1.* ultra casus expressos & specialiter exceptos gra- dus prærogativam simpliciter attendendam jubeat: ideo nostra inter- pretatio communi opinioni præferenda erit, prout in simili ratioci- natur *Vinn. lib. 2. qu. 30.* & intrat potius regula: quod mutatum non est, cur stare prohibetur. *l. 27. C. de testam. l. 32. §. f. C. de ap- pellat.* Nam quod attinet jus novum successionis 2.) nonnisi fratri- bus germanis in *Nov. 84. c. 1.* privilegium duplicitatis vinculi ex- pressis verbis concessum est, ita, ut fratrum germanorum liberi ex hoc capite fratres unilaterales à successione ab intestato excludere nequeant, cum iis ob solam duplicitatem vinculi nullibi in jure præ- latio tributa neque privilegia ex identitate vel majoritate rationis ne- que ex jure correlationis ullam extensionem admittant. §. 6. *inst. de 7. N. G. & C. Lauterb. in disp. de benefic. compet. th. 28. & 31. Dn. D. Harppr. in Tract. Acad. XI. de admst. extran. person. in dispes. parent. inter liberos th. 8.* Neque 3.) fratrum germanorum liberi ex gradus prærogativa præferentiam petere valent, cum fratres unilaterales sint gradu proximiores. Remanet igitur jus repræsentationis, id quod 4.) sub hæc demum conditione fratrum liberis in *Nov. 118. c. 3. & Nov. 127. pr. & cap. 1.* expresse sæpius concessum legitur, si cum propriis thiiis (confer. §. 3. *Inst. de grad. agnat. Struv. Exerc. 38. th. 37.*) concurrunt; quicquid autem sub conditione concessum, illud deficiente conditione denegatum censetur. *Fibig Exerc. 8. quest. 9. Carpzov. p. 3. c. 18. def. for. 3. n. 9.* Et quidem requiritur (§. actualis concursus cum propriis thiiis ad hunc effectum, ut fratrum liberi jure repræsentationis uti, vique illius anteponi queant, non tantum

ob dispositionem claram Novel. 118. c. 3. *ibi* : *vocabuntur ad hereditatem isti cum de matre thio masculis & feminis &c. soli in tertio gradu constituti cum iis, qui in secundo gradu sunt, ad hereditatem vocentur.* Nov. 127. c. 1. sed etiam, quia porro ibidem dicitur, quod fratrum prædefunctorum liberi quancumque fuerint portionem patris saltem accipiant, & tantam portionem, quantum parens eorum futurus esset accipere, si superstes esset. Jam autem si prædefunctorum fratrum germanorum liberi soli adsunt, & patruos & avunculos unilaterales excludere cupiunt, semper in capita succedant, ita ut ad portionem patris minime respiciatur. Recept. Imp. de Ao. 1529. *iii. Wie Bruder und Schwester Kinder w. §. 31. Fibig. Exerc. 8. quest. 9. Gosvvin ab Esbach ad Carpz. p. III. C. 18. def. for. 3. Lauterb. ib. 35. d. l. quæ difficultas, admissa nostra interpretatione in totum evitatur.* 6.) Imperator tam solícite distinguit & numerat ordines & gradus, quo velit quemque locatum, nimirum primo fratres & sorores germanos & secundo ordine fratres unilaterales, quas duas regulas in sequentibus ita declarat, ut cum fratribus etiam fratrum liberi jure repræsentationis singulariter admittendi veniant, & per totum cap. III. explicat. Quod si igitur fratrum germanorum liberi soli defuncti fratres unilaterales excludere deberent, hanc tertiam regulam superaddere, & numerare sane non omisisset, quod nimirum tertio fratrum germanorum liberi soli thios sc. defuncti fratres unilaterales removeant. Cum igitur hæc numeratio omissa & Nov. 118. c. 3. §. 1. fratres quoque & eorum liberos non simpliciter, sed additis verbis notabilibus, SICUTI DIXIMUS; anteponeat, proinde æquissime defuncti fratres unilaterales fratrum germanorum liberis solis opponunt, se secundo ordine vocatos eosque gradu anteire, vel ad minimum illos succedere non posse, nisi jure repræsentationis, beneficio fratrum unilateraliū. Et quamvis 7.) §. *Unde consequens &c.* Nov. 118. c. 3. quoad verba id indigitare videatur, quod fratrum germanorum liberi fratribus unilateraliū defuncti adhuc superstilibus anteponi debeant, sicuti parens eorum præponeretur, si viveret; tamen propter particulam connexionis, UNDE, & quia in antecedentibus & consequentibus & in palmaria dispositione de liberorum fratris præmortui successione toties & semper fratrum liberi tunc demum admittuntur, si cum propriis thio concurrunt, & in postea promulgata Novell. 127. quæ ex parte Novell. 118. c. 3. corrigit, idem repetitum, secundum regulas bonæ interpretationis, aliasque a nobis adductas rationes hic Sphus ceu unicus

nicus aliquo modo innuens, quod communis cavit opinio, aliam interpretationem ad evitandam contrarietatem & correctionem juris antiqui vix admittit, quam ut de casu concursus fratrum germanorum liberorum cum fratribus germanis & unilateralibus accipiendus, eoque perpetuo restringendus sit, ita, ut ob tam sæpius repetitam & enixam restrictionem tunc demum fratrum germanorum liberi jure repræsentationis fratribus unilateralibus præferendi veniant, si cum fratribus germanis simul ad hæreditatem vocantur. Quidquid vero hujus sit; In Ducatu nostro Württembergico prior sententia communis expresse approbata legitur in J. P. W. p. 4^o t. 21. *Wo aber & segg.* & fratrum germanorum liberi soli excludunt à successione fratres unilaterales, licet hi sint gradu proximiores.

Thef. XI.

Nondum possumus dimittere Jus successionis ab intestato, cum communis DD. opinio in eo quoque conspirat, quod liberi fratrum germanorum soli fratrum unilateraliu liberos solos non solum à successione excludant, Joh. à Sande *in Decc. Frific. lib. 4. t. 8. def. 3. verließ aber* sed & fratrum germanorum & unilateraliu liberi removeant à successione legitima defuncti patrum & avunculum, amitam & materam, reliquosque agnatos & cognatos Lauterb. *in Colleg. Theor. Pract. §. 35. & 36. de success. noviss. ab intestato, & Disp. de jure frat. §. 4. 5.* Rittershus. *ad Nov. p. 7. cap. 13. n. 5. & 14.* Stryk. *de success. ab intest. Diss. 3. cap. 1. §. 17. 19. & 21.* Sed si verum fateri licet, omni plane destituitur fundamento hæc sententia, cum I. Jure antiquo ad defuncti patros & avunculos, amitas & materteras æque ac defuncti fratrum liberos utpote in eodem gradu tertio constitutos hæreditas pertinuerit. §. 4. 7. *de legit. agnat. tut.* ibique Vinn. n. 1. L. 2. §. 1. ff. l. pen. & l. f. §. 3. *C. de suis ac legitim. hered. §. 5. Inst. ad Scum Tertull.* & inter fratrum germanorum ac unilateraliu liberis ceu in pari gradu constitutos nulla plane disparitas fuerit in succedendo arg. §. 1. *Inst. de legit. agnat. success. L. 10. §. 13. de grad. & affir. L. 1. C. de leg. hered. & Jure novo 2.)* in Nov. 118. cap. 3. & Nov. 127. pr. & cap. 1. Fratrum liberis, si soli sunt, nullibi jus prælationis indultum, nisi cum thiis propriis concurrant, & fratres superstitēs sint; cum igitur particulæ in Novellis occurrentes, TUNC, QUANDO, conditionem importent, & dispositionem ad casum forma-

formaliter expressum restringant arg. L. 11. C. qui pot. in pign. Strach
 particul. Jur. voc. tunc & quando & Besold in thesaur. practic. V. als
 dann, & insuper voces ibidem posita, ET, CUM, omnino con-
 jungant, & omnium personarum nominatarum concursus deside-
 rent, § 11. inst. de hered. inst. L. 5. ff. de condit. insti. Bardili in disp.
 de leg. condit. ib. 56. ideo deficiente conditione deficit privilegaria
 quoque dispositio, nam JCorum potestatem longe transcendit pri-
 vilegium, uti binis vicibus in Nov. 118. cap. 3. nominatur, ad ca-
 sus non expressos & personas non nominatas extendere, & consequen-
 tia in materia privilegaria unice à voluntate Latoris petenda est.
 Lauterbach in Disp. de privil. cred. personal. simpl. ib. 31. in fin.
 Accedit 3.) quod in hisce Novellis sæpius dicatur fratrum liberos lo-
 cum parentum intrare, portionem patris accipere, quam accepit-
 set, si pater superstes esset, cum patris ad hæreditatem vocari, in
 jura Parentum succedere, & paternum ingredi gradum, ita, ut soli
 in tertio gradu constituti, cum iis, qui in secundo gradu sunt, ad
 hæreditatem vocentur; quæ locutiones successionem, quæ sit jure re-
 præsentationis, aperto denotant, cum tamen, si fratrum liberi soli
 extent, in capita jure proprio fiat successio per Ddram tradita & Rec.
 Imp. de An. 1521. rubr. wie Bruder und Schwester Kinder 2c. ne-
 que 4.) alia ratio in legibus approbata adsit, cur fratrum germa-
 norum liberi soli, fratrum unilateralium liberis, vel defuncti pa-
 tris & avunculis, eundem tenentibus gradum, præferri debeant?
 privilegium enim duplicitatis vinculi in Nov. 84. cap. 1. non nisi
 fratribus germanis indultum, & in unilateralium liberis per se cessat.
 Novell. 118. c. 3. & Nov. 117. vero requirunt sexta vice concur-
 sum fratrum, ut nempe fratrum liberi cum propriis thii succedant,
 neque ullibi vel minimum vestigium apparet, quod extra concur-
 sum cum propriis thii, fratrum liberis ulla prærogativa, sive jure
 repræsentationis, sive duplicitate vinculi concessa esse debeat, adco
 ut 5.) §. unde consequens. Nov. 118. c. 3. qui unicus pro communi
 opinione alias allegari solet, expresse iidem casus in duobus allatis
 exemplis ita saltem formet, ut fratrum liberi opponantur fratribus
 viventibus, adeoque concursus fratris cum fratri præmortui liberis
 omnino necessarius sit, hincque nullo modo ad casum, si fratrum
 liberi soli superstunt, extendi possit, contra omnem naturam strictam
 privilegiorum, sed potius 6) casus, si soli existant fratrum liberi,
 in Nov. 118. c. 3. omittas & indecisus sub regula juris veteris &
 Nov. 118. c. 3. §. 1. relictus sit; ita ut germanorum fratrum liberi
 soli

foli fratrum unilateralium liberos solos minime excludant, neque fratrum germanorum & unilateralium liberi foli, defuncti patrum, avunculum, amitam & materteram, urpote omnes in pari tertio nempe gradu constitutos antecedant, sed in successione concurrant. Etenim porro 7.) in Nov. 127. c. 1. diserte in fine statutum est, quod absolute idem ordo fratrum germanorum liberis concessus sit, si cum ascendentibus veniunt, quem habent, si cum folis fratribus germanis vocantur. Jam autem de juris veritate fratrum germanorum liberi foli cum ascendentibus minime ad successionem admittuntur, accurate consideratis verbis Nov. 127. c. 1. sed hic casus non exceptus regulæ relinquendus est, uti post plures docent Lauterb. §. 27. de Success. ab intest. jur. noviss. & disp. de singul. frat. jure. p. 2. m. 2. §. 35. n. 9. & seqq. D. D. Harppr. in differ. juris March. Badens. p. 6. ubi s. D. D. Grats ad Inst. lib. 3. pos. 8. lit. m. D. Bardili Exerc. XIII. concl. for. 11. Huber ad Inst. pag. 254. Heinecc. §. 85. de success. ab intest. id quod itidem salutaritatem communis sententiæ aliquo modo arguit, & extensionem suspectam reddit, cum primis quia 8.) Imperator in §. UNDE CONSEQUENS &c. Nov. 118. cap. 3. postquam primo fratres germanos & secundo unilaterales vocavit, deinde fratrum liberos jure representationis admittendos esse constituit, a consequentia argumentatur, dicendo, UNDE CONSEQUENS EST, vid. Vinn, Lib. 2. 9. 30. & deinde in §. sed & ipsis: tunc demum fratrum liberos ad successionem admittit, si cum hiis concurrunt. Quomodo vero hæc subsequens restrictio possit subsistere, & quæ consequentia subsit, si §phus unde consequens: secundum Ddruum opinionem de casu, si fratrum liberi foli extant, accipiatur, vix concipi potest, neque tandem 9.) Imperator duos saltem ordines constituisse in Nov. 118. cap. 3. si fratrum liberos solos omnibus prælatos & germanorum liberos unilateralium liberis antepositos voluisset, sed potius tunc tertio fratrum germanorum filios solos, & quarto fratrum unilateralium liberos solos itidem expressè vocasset, reliquisque prætulisset. Cum vero hæc tertia & quarta regula & enumeratio ulteriorum ordinum omissa sit, rectè fratrum unilateralium liberi ac defuncti patris & avunculi opponunt: fratrum liberis, non nisi in casu, si cum propriis hiis concurrunt, privilegium prælationis concessum esse; sed illum casum, si foli existunt fratrum liberi, plane omissum & indecisum sub regula Nov. 118. c. 3. §. 1. & juris veteris dispositioni relictum fuisse, ita, ut ex prioritare gradus successio formanda & attendenda sit. Hisce vero non attendis Jus Prov.

D

Wurt.

Würt. p. 4. t. 21. §. so aber & §. Verließ aber re. fratrum germanorum liberos non saltem unilateralium liberis, sed & fratrum germanorum & unilateralium liberos defuncti patris & avunculis, amitis & materteris præfert, & illis in successione ab intestato primas defert partes.

Thef. XII.

J. P. W. p. 17.
tit. 22. §.
Und nach-
dem 20. &
§ 9.

Regula Juris certissima est, hæreditatem nondum aditam non transmitti, vel hæredem hæredis hæreditatem delatam adire non posse. *L. un. §. 5. C. de caduc. toll. L. 7. C. de jure deliber.* Sed hærede ante hæreditatis acquisitionem mortuo, vel substitutioni, vel juri accrescendi, vel successioni ab intestato via aperitur, pr. *Inst. de hered. qua ab intest. §. 2. Inst. quib. mod. testam. infirm. l. 9. ff. de suis & leg. hered.* Mevius p. 9. dec. 143. D. D. Harpprecht in *Disp. de transmiss. heredit. a persona extranea infanti delatæ. th. 3.* nisi quod ex capitibus juris suitatis, sanguinis, deliberandi & propter infantiam suo modo aliud in jure statutum sit, prout late hoc explicant D. Bardili in *Disp. de heredit. adit. th. 24. & 25.* Gruber in *disp. de transmiss. heredit. non acquis. th. 18. & sq.* quæ extat inter Lauterb. disputationes. D. Harpprecht in *Disp. de transmiss. heredit. a persona extranea infanti delatæ.* Ulterius vero hæres hæredis non aditam a defuncto hæreditatem eo casu adire potest, si ex justa causa hæres impeditus, hæreditatem adire non potuerit, ita tamen, ut judicis officium implorare,

DDrum sententia l. 84. l. 86. de *acquir. & omit. hered. L. 1. C. de restitut. milit. Joh. Voetius n. 11. Lauterb. in Coll. Theor. Pr. §. 25. de add. vel omit. hered. Nicol. Noal. de transmiss. fideicom. legat. substitut. direct. hered. cap. 8. n. 137. Gruberus dict. Disp. th. 11. & 12.* in specie; si ex causa justæ erroris & ignorantie sine sua culpa ignarus fuit, hæreditatem ad se pertinere, & ante publicationem testamenti decessit restitutionem in integrum concedunt Nic. Noal. de *transmiss. fideicom. legat. substitut. direct. hered. cap. 8. n. 139. Carpz. p. 3. C. 14. def. for. 24. Coccej. in jure controuv. quest. 4. de acquir. vel. omit. hered. Sfort. Oddus de restitut. in integrum p. 1. quest. 50. art. 6. cum seqq. & p. 2. quest. 63. art. 5. cum seqq. Lauterbach. in Colleg. Theor. practico §. 4. de jur. deliber. uti Jus Prov. Würtemb. quoque p. 17. tit. 22. §. sollte aber & sq. ob absentiam & minorennitatem illam indulget Pleb.*

Plebst *ad J. P. W. p. 4. th. 169.* D. D. Harppr. *cit. Diss. th. 13. Et th. 25.*
 Sed in aliis casibus ibidem recensitis hæres hæredis ipso jure tutus est,
 nec in integrum restitutione opus habet, J. P. W. *p. 4. t. 22, §. Und*
nochdem 2c. Bardili in Diss. de heredit. adit. th. 28. v. g. si deceaserit
hæres, antequam quæstio habita de servis defuncti, cum ob prohi-
bitionem S^ci Sylan. hæreditatem adire non potuerit. l. 3. §. 30. 44.
ad S^crum Sylan. vel si hæres testamento scriptus, vel ab intestato
 veniens de morte occisi fuerit suspectus, & præterea hæreditas de-
 scripta in sequestrum missa, vel si hæreditas controversa, & de ea
 litigetur, litigiumque istud mortis tempore nondum sit decisum, vel
 si testator decederet relicta uxore prægnante, hæres vero institutus
 intuitu ventris præteriti aditionem intermitteret. Plebst *ad Jus Pr.*
Wurtemb. part. 4, th. 167. Et 168. Quamvis filio impubere vel ventre
 præterito, si interim & ante petitam bonorum possessionem scriptus
 hæres moriatur, non quidem ipso jure tutus sit, sed interposito
 Decreto ob justum hoc impedimentum ei de Jure communi suc-
 curendum adstruunt per *L. 84. de acquir. vel omit. hered.*
L. 12. de Carbon. Edicti, ibique Brunnem.









Tübingen, Diss., 1732-35




f

TA → OL nur 1 + 18 Stück verknüpft







B.I.G.

Farbkarte #13

SPECIMEN ACADEMICUM
SISTENS DODECADEM

THESIUM

1733, 3,
1-

3
M

15.

ET
DIFFERENTIARUM
INTER
IUS COMMUNE

9

ET
WURTEMBERGICUM

QUOD
SUB DIVINI NUMINIS AUSPICIO,
ET

3/2

RECTORATU MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI
DOMINI

CAROLI CHRISTIANI
ERDMANNI,

DUCIS WURTEMBERGÆ, TECCIÆ, OELSNIÆ, BERNSTADII, rel.
permittente

Amplissimo *ſ*ctorum Ordine
ALMÆ EBERHARDINÆ,
PRÆSIDE

Dn. WOLFFGANGO ADAMO
SCHOEPPFIO,

U. J. D. SERENISS. DUCIS WURTEMB. CONSIL. PANDECT. ET
PRAXEOS PROFESSORE PUBL. ORDINAR.

Patrono ac Præceptore suo pie colendo,
Ad Diem Februar. Anni MD CC XXXIII.

publicæ eruditorum censuræ exponit
JOHANNES CHRISTOPHORUS SATTLER, Stuttgard.

TUBINGÆ, LITTERIS SCHRAMMIANIS.

